



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 80. Guisius Dux Nrapolis Regno arma inferre constituens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

„ab eo petere tibi integrum est., *Sæcul. XVI.*  
Dato hoc responso Guisius eodem, ut A.C. 1557.  
cœperat, furore debachari continuabat,  
& Brissacus Marescallus, quem Dux in  
Piedemontio cum quibusdam copiis re-  
liquebat, in eam abibat sententiam,  
quod ad Hispanos ex Pontificia ditione,  
quantum fieri poterit, abigendos, quam  
maxime expeditat, si Mediolanum bel-  
lo peteretur, cum illa regio præsidiis  
ferme nudata, urbesque parum mu-  
nitæ essent, ita, ut etiam Mediolanen-  
sis arx quamvis oppido firma, nullo  
tamen negotio in potestatem redigi  
posset, priusquam hostis auxilia latu-  
rus accurreret, præcipue cum Salvai-  
sonus Mediolanensis Gubernator clâ-  
destina foveat consilia, eaque omni fer-  
me momento in apertas flamas in  
Alexandrina urbe erumpere crederentur.  
Denique affirmabat Brissacus, quod Nea-  
polis Regnum nullo pacto expugnari  
possit, nisi prius Mediolanum subigatur.

§. LXXX.

*Guisius Dux Neapolis Regno arma  
inferre constituens.*

Evidem hoc consilium oppido sanum *Belcar.*

omnino sequi oportuisset, verum *comm. l. 17.*  
Cardinalis Lotharingius Ducis frater, *num. 41.*  
qui totum Neapolis Regnum spe sua *Pallav. hist.*  
jamjam devorasse videbatur, necnon *Conc. Trid.*  
*l. 14. c. I.*  
*Cardi - num. 4.*

Sæcul. XVI  
A C. 1557.

Cardinalis Caraffa de Hispanis vindictam sumendi libidine accensus tanto-  
pere Guisium sollicitabant, ut Brisaci  
Marescalli consilia negligeret: unde  
trajecto Tanaro flumine Tortonam ver-  
sus fecit iter, atque in Placentinum,  
& Parmensem agrum irrupit, fine ullo  
exercitus sui dispendio, Octavius enim  
Farnesius, quamvis Philippo II. recon-  
ciliatus esset, nullum tamen hostilis  
animi signum haec tenus ediderat, quin  
imo oppidani passim in sua ditione ul-  
tro annonam abunde Gallis suppedita-  
runt: hinc per illam Longobardiæ par-  
tem, quæ Æmilia vocatur, trans Pa-  
dum, & Romandiolam incedens ad  
Ferrariæ Ducem contendit, qui eum  
cum copiis ad Niciæ-pontem, quem  
hodie Lenzam vocant, in agro Regiensi  
opperiebatur ad Februarii initium: in  
Ferrariensis autem exercitu erant om-  
nino sex mllia peditum, octingenti equi-  
tes optime armati, & in aciem instructi:  
Postquam igitur Guisius Dux Ferrariæ  
Ducem animadverterat, equos descen-  
dens eidem Regis nomine baculum su-  
premi imperii insigne porrexit: Ipse  
vero Ferrariæ Dux equo vectus Guisium  
excipiebat, atque ambo simul Reggium  
profecti sunt, ubi rursus de belli gerendi  
ratione actum, præsentibus Caraffa  
Cardinale a Pontifice ad Ferrariæ Du-  
cem



cem ablegato, & Joanne Capra Lodevensi Sæcul. XVI.  
Episcopo apud Senatum Venetum Re- A. C. 1557.  
gis Oratore: Attamen discors erat opi-  
nantium sententia; quidam enim Cre-  
monam, alii vero Parmam, ac denique  
nonnulli Senas castra esse promovenda  
cenfabant, Guiſius tamen in feſtentia  
cum Caraffa perſtabat, & abrupta omni  
mora ad Neapolis Regnum recta pro-  
perandum eſie contendebat.

§. LXXXI.

*Guifius a Ferrariæ Duce derelitus,  
ac contra Caraffam questus.*

Cum autem Dux Ferrarensis de am- Thuan. l. 18.  
bitioſis juxta, & temerariis eorum Raynald.  
confiliis male auguraretur, ipſe, quam- hoc ann. n. 7.  
vis ex fœdere supremus eſſet Bellidux,  
veritus, ne milite ſecum longius abducto  
interea inde ab octavio Farnetio, &  
Mediolanenſibus præſidiariis, inde a  
Cosma domi opprimeretur, ſententiam  
ſuam mutare omnino renuit, ac fruitra  
illum follicitante Caraffa Cardinale non-  
niſi tormenta, pulvrem pirium, &  
reliquum beili apparatus ultro, prout  
tenebatur, ſuppeditare pollicitus eſt.  
Guifius itaque relicto Socero ſuo cum Ca-  
raffa Cardinale Bononiam proficiſcit, ubi  
 magna ſpecietenus vulgi lætitia  
exceptus, cum videret, nihil eorum,  
quæ promiſſa fuerant, præſtari, &  
pedi-